

ſpectivo, tamen quia in diſciplinis tradendis non tam ordo naturæ, quàm cognitionis noſtræ ſervandus eſt, ideo reſpectiva Dei conſideratio præcedere debet. Facilius quippe Deum cognoſcimus quatenus ad nos refertur, quàm quatenus abſolutè ſpectatur & à cognitione noſtri omnem ſcientiam ordinatur.

3. Cum Deus cognoſcatur è ſuis attributis, à quo attributo in reſpectiva ejus conſideratione incipiendum? Reſp. Uti tractatio reſpectiva eſt, ita ab attributo reſpectivo incipit, non ab abſoluto. Supponimus exiſtentiam Dei jam eſſe demonſtratam.

4. Verùm cum relativa Dei attributa ſint plura, à quo potiffimùm conſiderationis initium faciendum? Reſp. A *Veracitate* Dei, non ab eo quòd creator & cauſa prima omnium, aut finis ultimus, aut miſericors aut juſtus in ordine ad homines &c.

5. Probatuꝛ 1. quia Philoſophia incipit à mentis humanæ cognitione, nempe quilibet veri philoſophici ſtudioſus à ſuæ mentis exiſtentia & natura meditationes ſuas inchoat. Dum igitur eam ſolam habet perſpectam, ut rem cogitantem, nondum ut miſeram & peccatricem &c. non poteſt etiam  
agere